FLORUS LUGDUNENSIS. VITAE SANCTORUM
Zwettl, 4. Viertel 12. Jh. (und um 1300) Seite 169r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31660
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift



loꝝ cottidianis conuiuiis copias ructa-
re consuerunt. Quam obrem obsecro
uos omnes inquoꝝ manibꝰ liber iste uer-
sabitur. ut credatis uera esse que dicimꝰ.
nec putet me quisquam studio amoris
aliquid quod fide careat posuisse. quando qui-
dem melius sit penitus nichil dicere. quam
aliquid falsi proferre. cum sciamus nos omnium
sermonum nostroꝝ reddituros esse rationem.
nec dubitem. & si non ab omnibꝰ. omnia ta-
men ad uisis diuisa sciri. & ea cognita non
nullis esse quae etiam minus ipse aut audire
aut uidere potui. Vnde a die natiui-
tatis eiꝰ narrandi initium sumam. ut gratia
Iuiri ab ipsis cunabulis quae fuerit agnosca-
tur. Incipit ordo narrationis.

IGITVR posito in administratione
prefecture galliarum patre eiꝰ ambrosio.
natꝰ est ambrosius. Qui infans in area pre-
torii in cunabulis positus. cum dormiret
aperto ore. subito examen apum aduenien-
s faciem eiꝰ atq; os compleuit. ita ut ingredi-
endi egrediendiq; frequentarent uices.
Quas pater cum matre uel filia deambula-
bat. ne abigerentur a bancilla quae curam nutri-
endi infantis susceperat prohibens. sollicita
enim erat ne infantulo nocerent. expec-
tabat tamen pater effectum. quo fine illud
miraculum clauderetur. At ille post aliquam-
diu euolantes. in tantam aeris altitudinem
subleuate sunt. ut humanis oculis minime
uiderentur. Quo facto territus pater. ait.
Si uixerit infantulus iste. aliquid magni
erit. Operabatur enim iam tunc dominus in seruu-
li sui infantia. ut impleretur quod scriptum est.
Fauus mellis. sermones boni. Illud enim
examen apum scripture ipsius nobis gere-
bat fauos. qui celestia dona annuntia-
rent. & mentes hominum de terrenis ad ce-
lestia erigerent. Postea uero cum adoleuisset.
& esset in urbe roma constitutus cum matre
uidua. & sorore. quae uirginitatem iam fuerat
professa. comite alia uirgine. cuiꝰ uirginis
soror candida & ipsa eiusdem professionis quae
nunc cartagine deget iam anus. cum
uideret sacerdotum a domestica sororis uel
matris manꝰ osculari. ipse ludens
offerebat dexteram dicens & sic id a bea fi-
eri oportere. Siquidem episcopum se futurum esse
memorabat. Loquebatur enim in illo spiritus sanctus.
qui illum ad sacerdotium nutriebat. Illa
uero ut adolescentem & nescientem quid diceret.
respuebat. Sed postquam edoctus est liberalibꝰ
disciplinis. ex urbe egressus est. professusq; est
in auditorio prefecture pretorii ita splen-
dide causas perorabat. ut eligeretur a uiro
illustri probo tunc prefecto pretorii. ad consilium
tribuendum. Post consularitatis suscepit in-
signia. ut regeret liguriam emiliamq; pro-
uincias. uenitq; mediolanum. Per idem tempus
mortuo auxentio arriane perfidie episcopo. qui
dionisio beate memorie confessore ad exi-
lium destinato. incumbebat ecclesie. cum
populus ad seditionem impetendo episcopo. esset
illi cura sedande seditionis. ne populus ciuita-
tis in periculum sui uerteretur. perrexit ad eccle-
siam. ibiq; cum alloqueretur plebem. subito
uox fertur infantis in populo sonuisse. am-
brosium episcopum. Itaq; qui antea turbulentissi-
me dissidebant. quia & arriani sibi & catho-

169